



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Dunstanus Ep. 19. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

19. Maii. VITÆ SANCTORVM. 255  
benter opera charitatis exerceuit: Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri. S.Hier. Ep.ad Nepot.

S. DUNSTANUS E.P. 19. Maii.

Inter Angelos, quos Anglia genuit, etiam DVNSTANVM numera, cui serum fuit, miracula in cunis inchoare; nosci prius, quam nasci voluit. Mater eo grida Purificatæ Virginis die Numini supplicabat: cum repente extinctis occultâ vi templi facibus, tota urbs cohorruit. Paulò post divinior ignis, rectâ ad DVNSTANI parentem de-lapsus, ejus cereum accedit, unde reliqui lumen mutuati matrem novi sideris consalutarunt. Confirmavit postea omen Angelus, qui delatum in templum puellum ad omnes Aras circumduxit, futurum pollicitus, uti ejus operâ Religio resförderet. Eas spes paulò post morbus labefactavit. Adstabant amici animam agenti, cum ille repente lectulo exiliens, ad templum intempestâ nocte properavit. Eam pietatem cum Stygii canes allatrarent, puer audaciam Cerberorum virgulâ compescuit. Templo exclusum Angeli ad aram subverxerunt, ubi postridie sopitum familiares reperere. Hæc præludia fuere crescentium cum ætate virtutum, quarum reliquas usu, castitatem etiam voto firmavit, quæ illum Reginæ virginum ita conciliavit, ut eidem jam Episcopo cum choro virginum obviâm processerit. Jam ipse Dei Filius DVNSTANI acta probavit. Nam cum ejus de Monachis in Canonicorum locum sufficiendis sanctioni intercederetur, Crucifixi imago palam hanc vocem misit: Non fiet: Judicatis bene, mutaretis non bene. Ad cælum vocatus negavit, se, nisi populum allo-

allocutus esset, iturum. Idcirco rapi eum necesse fuit; tertium certè cum lectulo in altum subvolavit. Tanta est boni viri in cælo expectatio. Ex S.

*Et nobis pro modulo nostro penne sunt insitæ, virtutes scilicet spirituales, quibus si viriliter utimur, ad cælestia sublevamur; sin autem ex desidia torpore deponimus, necesse est, ut in surripientium vitiorum profundâ mergamur. S. Pet. Dam. lib. 2. Ep. 18.*

## S. PETRUS CÆLESTINUS 19. Maii

**V**NICUM modestiæ miraculum PETRVM CÆLESTINVM vides, qui exemplo antehac inviso, postea nūquām repetito, summo se Pontificatu sponte abdicavit, immortali memoriâ dignus, et si eo facinore solo inclaruisset; sed iden-  
tenor totius vitæ fuit, cuius quia partem longi-  
maximam in locis solis exegit, non revocabimus  
ad illam normam mores delicate juventutis, con-  
tenti si se cum puerō patientur componi. Simulac-  
fari potuit, illud aureum matti promissum inculca-  
bat, *Volo esse bonus servus Dei*; quod ipsum mater  
jam tuin spe præceperat, cùm in recens nato multa  
Religiosi insignia deprehendisset. Ergo quantum-  
vis arctis domi rebus, in ludum eum literarium  
misit, patre nuper mortuo consilium de cælo probante,  
ut totius terrarum orbis bono suscepturn.  
Incidere tamen remoræ permultæ, quibus omnibus  
perturbatis, mater in filiali oraculo acquievit,  
cum quidem constantissimè, cùm paedagogum di-  
scendi se Christus offerret, visus nonnunquam de  
cruce ad eum descendere; ut mirandum non sit,  
Angelos eam operam non dignatos; & hi qui-  
dem etiam morum ab eo rationem exigebant,  
nunquam impunè delinquere eum passi. Jam vi-

go